

Reuerēdissimi p̄ris z prestātissimi doctoz doctoris dñi Leo-  
nelli de Chieregatis Ep̄i Tragurien̄. Sanctissimi dñi nostri  
Pape Refrendarij sermo in publicatiōe cōfederatiōis inite-  
inter Sanctissimuz dñm n̄rm Dominū Innocentiū Papam  
octauū z illustrissimū dominū Venetoz habitus Rome in  
ecclesia sancti Petri die secūda Februarij. m. cccc. lxxxvii.

Vetus est z probata sanctorū patrū sententia Clementissime  
pōtifer i beato Petro eterne vite clauigero terreni simul z ce-  
lestis impij iura tibi a dño fuisse cōmissa. Et bñtudiez tuā nō  
solum quā spūalem: verū etiā quā temporalez appellāt orbis  
terraz gubernatiōz suscepisse. Hancq; sententiaz velut ortho-  
doxam Celeberrimus ille Romanus pōtifer quartus: quem  
pater patrie sede: z quod nō minoris facio instituto: ac moribz  
refers solidissimis tam veteris: q̄ noui testamēti documentis  
vt erat doctissimus clarissime cōprobauit. Quāuis enim ma-  
gistratus: z regimia mundi i multos distinda et distributa con-  
sistant iure tamē tam naturali: q̄ diuino vt p̄stantissim⁹ hui⁹  
sanctē sedis Cardinalis Johānes Donachi grauis auctor eru-  
ditissime docet ad vnū vicariū Jesu Christi Romanū z sum-  
mū vniuersalis ecclesie pontificem necessario reducuntur.  
Audiuisti itaq; diuinaz illam vocem ap̄loz principis Petri  
ad beatū Clementem p̄decessorem tuū: z sicut erat tibi dictaz  
putasti vt qui omnibus p̄ees: omnū cōmodo studeas: ac sa-  
luti: qui singuloz onus ac sollicitudinem portas. Secutusq; sa-  
luberrimū Platonis p̄ceptū: oēs cogitatiōes. oēs actiōes  
tuas ad utilitatez tranquillitatezq; dominici gregis tibi crediti  
sedulo cōfers vt eā cōmodoz tuoz oblitus felicissime tuearis  
Vesto nuper necessario bello pacem z bis qui longe: z bis qui  
prope tota plaudente Italia dedisti. Quā ut firmā: stabileq;  
ac omnibus insidiis carentem redderes: ad xp̄ianos p̄cipes  
z potentatus inuicem tibi velut membra inter se capiti ardiori  
federis vinculo cōiungendos animū prudentissime adiecisti:  
Quod christiāe reipublice: defensiōi: p̄speritati: z p̄pagatiōi:

cui semper vigili mente prospicis plurimū cōducere iudicasti  
Verum vt cogitate firmitatis iactō fundamento facilius spe  
ratū religiose amplitudinis edificium consumares: vt reliquit  
laudatissimo inuitarentur exemplo: oblatum se tibi in primis  
Illustrissimuz principem senatūq; Venetum religione: fide:  
auctoritate: potentia: z propensa in hanc apostolicā sedem de  
uotione inter ceteros facessat inuidia christiani orbis presides  
conspicuū alacri z prompto studio cōplexus es: complexūq;  
paterna charitate strictissima tibi cōfederatione conglutinasti.  
Sunt nōnulli pater beatissime nō minus humanarū q; diuina  
narum rerū imperiti misitantes nō decere Romanuz pontifi  
cem velut omniū patrem pastoremq; cōmunē particulari euz  
aliquo principe federe vniri: Quorū hoc loco in scidam nō in  
tempestiue refellendam duxi. Tu quidam vt modo dicebant  
ad generalem cōfederationem reipublice causa ineunda; hanc  
velut illius fundamentum sanxisse comprobaris. Nihil omi  
nus specialia quoq; federa cū principibus christianis Roma  
nis pōtificibus pro sua suozūq; pace securitate z tuitiōe licita  
consueta: decoraq; semper fuisse semperq; fore inumeris testi  
moniis cōfirmatur. Iactent licet illi in euangelicis z apostoli  
cis litteris exemplum nō inueniri petatum aliquid a regibus  
terre pro ecclesia contra inimicos ecclesie fuisse. Diuus tamē  
Augustinus cōmodissime ipsis proculdubio respōdet eo tpe  
propheticū illud impleri. Quare fremuerūt gentes: z populi  
meditati sunt inania. Astiterunt reges terre z principes cōue  
nerunt in vnum aduersus dominū z aduersus christum eius.  
Hunc vero quod in eodem psalmo legitur impleri. Et nunc  
reges intelligite erudimini qui iudicatis terram. Aliudq; tūc  
temporis fuisse: z aliud nunc esse: z oia suis cōuenire tēpor: b;  
in illius regis moribus: qui appellabatur Nabugodonosor:  
utrumq; tempus fuisse prefiguratum. Legant nichilo minus  
isti scioli apostolicas adiones. z inuenient diuinum apostoluz  
Paulum cum quidam iudeorum se iuramento obstrinxissent:  
non cōmesturos panem nisi eum interfecissent: petisse milites

a pretore: quorum presidio ab iniuria indeorum seruaretur illesus  
non sue voluptati sed communi omnium utilitati vidurus. Legat  
Quintum Cartaginense concilium: et scient ecclesiam iustum  
ab imperatoribus vniuersis auxilium postulare et illis defen-  
sionibus aduersus potentias diuitum vti debere. Legant pon-  
tificias sanctiones et discant Jobanem octauum predecessorem  
suum consultissime statuisse ad ministratores secularium dig-  
nitatum qui ab ecclesia requisiti sub eius protectione positos con-  
tra impugnantes opem ferre noluerint usque ad condignam sa-  
tisfactionem omni communione fore priuatos. Nisi hoc licet  
ecclesie diuus Gregorius pontifex et doctor sanctissimus Be-  
nadium patricium et Exarchum africe contra inimicos eccle-  
sie non animaret: Sed quia licet complures Romani pontifi-  
ces vite sanctimonia diuinarum humanarumque rerum scientia  
preediti ad pacem ecclesie constituendam conseruandamque al-  
quos reges aut principes seu populos speciali sibi beniuolen-  
tie federe deuinxerunt ut Jo. vii. Aripertum Longobardo-  
rum regem: qui et alpes cotias beato Petro deuotissime co-  
donauit. Gregorius secundus Neapolitanos contra ducem  
Beneuentanum. Gregorius tertius Carolum Francie prin-  
cipem Pipini patrem cuius auctoritate et hortatu Luitpra-  
ndus Longobardorum rex pacem vrbi et ecclesie reddidit. Za-  
charias eundem Luitprandum contra Trasimundum duce-  
m Spoletinum. Que amicitia non solum Romanis: sed et Ita-  
licis necennatibus mirum in modum profuit. Possem et Stephani  
pape secundi cum Pipino Francorum rege coniunctionem com-  
memorare: Que contra Astulfum Longobardorum regem  
Romane ecclesie: et Italie plurimum extitit salutaris. Possem  
et Stephani. iii. Adriani primi. Leonis itez. iii. cum excellentis-  
simo Francorum rege: et Romanorum patricio ac demum a deo coro-  
nato impatore Carolo arctissimum charitatis vinculum in medi-  
um proferre quo Romana ecclesia et desiderij Longobardorum regis ini-  
dias ac vexationes enasit: et ad meritam amplitudinem mirifice cre-  
uit. posset et Stephani. iiii. cum Ludouico impatore Caroli filio:

Sed deficeret me profecto dies si singulos pgerem recensere  
Nō esset tamē ptereundū nisi me cui studio breuitas urgeret  
quantas aplice sedis turbas sedauerit magnus ille Otto Ro  
manorum imperator Leoni. viii. z Joanni. xiii. fanens. Non  
esset item silendū q̄. opportune ex tyrannoz faucib⁹ Roma  
nam ecclesiam eripuerit Ottonis terci⁹ Romanoz impatoris  
cum Gregorio quito affinitas z benivolentia singularis. Nec  
quanto adiuumento fuerit Gothifredus cu⁹ uxore Matbilde  
potentissima femina Alexandro secūdo cōtra Ladoluz Par  
mensē aplice sedis inuasorem. Eademq̄ Matbildis z Ro  
bertus Guiscardus Apulie dux Gregorio septimo contra  
Heinricū terciū olim imperatorem. z Sibertū Rauennatem  
in apostaticuz profanatum. Sed posterioz quoq̄ temporum  
exempla visum est: in hac etiam angustia nō reticere. Magno  
quippe presidio fuit Pascali. ii. Rogeri⁹ Sicilie comes: qui  
milite ac pecunia ipsum adeo iuuit: ut pestifero tandem Sis  
berti Schismati finis imponeret: Inuerūt z ipsum princeps  
Baietanus: z Richardus Aquilanus egregii copiarū duces  
quoz opera pulsis Tyrānis oppida ecclesie occupar̄ conātib⁹  
optatam pacem ipse cōposuit. Pretereo q̄ ardentē Alexā  
dri terci⁹ causam contra Federicū primū imperatores tutate  
sunt federate gallie cisalpine ciuitates: que z urbem Alexā  
am i bonozē eiusdem pontificis condiderunt. Omitto quātis  
auxiliis Innocentij. iiii. legato apud parmā p̄esto fuerit tra  
Federicum secundū i cōcilio Lugdunensi imperio legitime  
depositū Sileo quātuz victorie Apostolici legati sub Alexā  
dro quarto ex Ecelino tyrāno parte cōtulerit. Ad recentiora  
enim propero. Pleni sunt annales q̄. tempestiue z Māfredi  
regni Sicilie occupatoris impetus represserit et tyrannos a  
cernicibus ecclesie reiecerit. Carolus prouit̄e et Andegauie  
comes ab Urbano quarto primū: deinde a Clemēte itez. iiii.  
in auxiliuz accitus. Referta est om̄is illorum tpm historia fm  
etatam varietatem multis opportunisq̄ Italice pacis causa  
connexionibus ysam esse Romanam ecclesiam. Habuit sub

Benedicto. xii. denudatos Luchinū vicecomitem Joannem  
archiep̄m eius fr̄ez Mediolani. Mastinū, scalā Verone z vi  
cētie. Philippinū Lonzagam Mantuez. Rbegij. Ubertinū  
Larrariū. Patavij domios. Habuit sub Clemente. vi. eosdez  
vicecomites. Habuit sub Innocentio item sexto Philippinū  
Lonzagam. Lanem. Veronensem: et Nicolaum Estensem  
quoz ope parva victoria servata est in fide ecclesie. Bononia  
Egidius Cardinalis Hispanus: cuius recens memoria i bene  
dictionibus est sub Urbano quinto Italie iterū legatus Lu  
donice Lonzage. Francisci Larrarij. Nicolai Estensis fede  
re fretus superatis hostibus: z exadis tyrānis rem ecclesie flo  
rentissimam reddidit. Horum vestigia secuti deinceps Mar  
tinus. vi. Eugeni⁹. iiii. Nicolaus. v. Calixtus terti⁹. Pius. ii.  
Paulus octavi⁹ secundus z Sixtus. iiii. non sine federatorum  
presidio: z Italiam pacem quoad licuit iet p̄imonium beati  
Petri cōservaverūt. His rot tantisq; exemplis motus pater  
sande sapientissime animadvertisti Venetorum principatum  
Romano p̄dicatui pluribus rationib⁹ q̄ aptissime cōvenit  
quod illi presidens electione ponebatur: Justitia: cōsilio: z le  
gibus utatur. In religioe christiana z ortū ceperit: z incremen  
tuz: pacis artibus nō minus q̄ bellicis sit audus. Ex celitib⁹  
Marco gloriatur patrono: qui discipulus z interpres Petri  
quoad audierat ipsum referentem rogatus Rome a fratrib⁹  
evangelicū ab eodez Petro postea probatū cōscripsit. Anim  
advertisti inquam Venetozū princepez maximo difficilimis  
temporibus ecclesie Romane vsui fuisse: siue contra barbaros  
ob religionem tutandam: propagandamue: paritissimis classi  
bus vt sub Calixto secundo. Clemente. iiii. Innocentio item  
tertio ac Clemente. vi. pluribusq; aliis p̄dicibus: siue inter  
latinos ob apostolici throni dignitatem conservandam augen  
damue: z ecclesie ditionem pacificandam maximis opibus in  
strudissimis exercitibus: devotissimisq; favoribus Ipsi enim  
vt ita dixerim i parietes loquuntur quid egerint Veneti i con  
silianda pace ingenti cū ecclesie bonore inter Alexandru. iiii.

a quo innumeris privilegiis sunt decorati et Federicū primū  
eiusdem pōnificis persecutores. Notum est q̄ acerrime tutati  
sunt partes Gregorij. viii. cōtra Federicū secundū Romane  
eceleſie rebellem. Nō ignotum quibus officiis Innocentius  
ſextus ſive eius legatus Egidium Cardinalem vnacū reliq̄s  
ſociis i recuperandis eccleſie ciuitatibus fuerint proſecuti. Nō  
opus eſt referri nouiſſima quo ſtudio: quibus opibus: quibus  
auxiliis Eugenij. iiii. Pauli ſecundi et Sixti. iiii. federa ſunt  
venerati. Verito igitur vos ſe tibi offerentes vt reliquos ves  
luti cortina cortinam traheres ad vniuerſalem cōfederacionē  
conſtituendam ſanctiſſimo tibi federe cōiunxiſti. Ex quo cum  
uberrimos pacis: et tranquillitatis quam omni ingenio ſtabilire  
conari fructos prouenturos omnes: qui recte ſentiunt: certissi  
me ſperent: nō minori propterea gaudio perfundunt inuentes  
hanc ſanctiſſimā tuam cum vnetis vnionem: quam i illis ille  
et timoratus Simeon: quē i euangelio ſolemnitatis hodiernae  
celebratū audiuiſmus: Exultauit videns diuinam humanāq̄  
naturaz in vnā cbristi cōueniſſe pſonam: vt ſecundū Pauli  
ad coloffenſes verba: ſive que i celis ſive que i terris ſunt pa  
cificaret. Ideoq̄ ſicut ille deū benedixit: et ait Hunc dimittis  
ſeruū tuū domine ſecundūz verbum tuū in pace: quia viderūt  
oculi mei ſalutare tuū. Sic nos tibi imortales gratias agentes  
ſempiternasq̄ laudes tuas predicantes opram⁹: vt poſt hanc  
temporaneaz: quam nobis paraſti: et roboraſti pacem per eaz  
eternū illud ſalutare videre illoq̄ frui valeamus. Quid eſt  
benedictum in ſeculorum ſecula. Amen.